



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt IX. Benchorense monasterium, in Hibernia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

multorum annorum curriculum, cum à Normannis vastaretur tota ferè Gallia, & in Treuerim quoque miserè sæuitum esset; iterum perijt istud S. Martini cœnobium; sed mox ab Episcopo Treuerorum sexagesimo octauo *Rathbodone* vel *Rachabodo*, circa annum Domini 880. præclare est reedificatum. Tertio verò ab Hungaris incensum, rursus à Theoderico septuagesimo secundo Treuirorum Antistite instauratū est circa annum Christi 960. Ita fere Gaspar Bruschius, in Chronologia monasteriorum Germaniæ.

880.

960.

## CAPVT IX.

*Benchorense monasterium, in Hibernia.*

**F**Vndatum est hoc monasterium à S. *Lomogello* Abbate circa annū Christi 570. multorum postea monasteriorum mater ac caput futurum: vtpote à quo Congregatio Benchorensis, per Angliam, Scotiam, & Hiberniam olim diffusa nomen sumpsit. Ex huius congregationis monachis fuit S. *Columbanus*, qui Luxouiese in Burgundia monasterium circa annum Christi 600. construxit, itemque Bobiense in Italia.

570.

